UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Fereolo [et] Ferutione martyribus. Cap[itulum]. cxx.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

eis pendebat: quem leproſo ad tergendū conceſſiſſe aſſerebat. Inuenerunt hominē: qui luto paſcebatur: capillis opertum. Tandem per bonum ſuum procuratorem: de quo dictum eſt ad paradiſum terreſtrem poſt ſeptennium perducti ſunt. Et capientes de fructibus et gemmis ibidem repertis: euaſis multis periculis deo duce incolumes ad propria redierunt. Ubi Brandanus poſtmodum epiſcopus ordinatus eſt. Et poſt virtutum merita ad chriſtum migrauit. viij. kalendas iulij.

¶ De ſanctis Uito Modeſto et Creſcentia martyribus. Cap. cxviij.

Uitus: modeſtus et creſcentia martyres ſub Diocletiano imperatore in ſicilia martyrio claruerunt: qui vitus ex luciana prouincia nobili progenie patre hyla ſenatore progenitus: etatis ſue anno ad martyrij palmam peruenit. 12 Cum enim pater eius idola coleret: et vitus chriſtum adoraret: ſepius eū pater verberabat: eo ꝙ idola colere nolebat. Demum pater illum modeſto eius nutritori tradidit: vt ei ſuaderet: quatenus deos colere ſtuderet. Cui apparens angelus ipſum confortauit: et adhuc puerum ad coronam martyrij animauit. Qui et in chriſto nomine miracula patrare cepit: et multos a diuerſis languoribus ſanauit. Quod audiens valerianus prefectus puerū accerſiuit: et ſacrificare nolentem: cathomis cedi iuſſit. Brachia autem et manus verberantium ſubito aruerunt. Prefectus quoq; manum amiſit: pro quo tñ vitus orauit et continuo ſanitatē percepit. Prefectus ergo puerū patri tradidit: et vt ipm corriperet pſuaſit. Tūc pater vitū in domū ducens diuerſis muſicoꝝ generibus et puellarū luſibus: aliiſq; deliciarū generibus mutare animū pueri ſatagebat. Et cū ipm in thalamo incluſiſſet ornato mirabilis fragrātia inde exiit: que patrē et familiā nimio odore pfudit. Aſpiciēſq; pater p rimas oſtij ſeptem angelos radiantes circa infantē cōſpexit: quos deos ſuos eſſe putauit: ſtatimq; excecatus eſt. Ad cui⁹ vocis clamorē tota ciuitas cōmouet: ita vt pfect⁹ accurreret: et cur ei hoc accidiſſet: interrogaret. Qui dicebat ꝙ deos igneos viderat: et eoꝝ aſpectū ferre nō valēs lumē amiſerat. Et cū in tēplum iouis p recuperādo lumine ductus eēt: et nihil pficeret: filiū p ſua ſanitate rogauit: et lumen ei⁹ pcib⁹ recupauit. Cū aūt nec ſic crederet: ſed puerū occidere cogitaret. Angelus modeſto et creſcētie nutritorib⁹ eius apparuit: et vt nauē cōſcendētes puerū ad aliā terrā ducerēt imperauit. Qui nauiculā pparatā diuinitus inuenerūt: et angelo duce vna nocte ad territoriū tonagritanū puenerūt: et iuxta fluuiū ſilarū ſub arbore quieuerūt: vbi aquila eis cibū deferebat: et multa miracula puer faciebat. ¶ Interea filius diocletiani impatoris a demone arripit: et niſi vitus lucan⁹ veniat: ſe nunq̄ exire fatetur: locū q̄ vbi inueniēdus ſit: ab eodē explicatur. Uitus ergo querit: et inuētus adducit ad imperatorē. Qui ſup eius filiū manū impoſuit: et ptinus ab eo demonē effugauit. Cum autem illū impator ad deoꝝ ſacrificia iuitaret: et vitus recuſaret: et cū modeſto et creſcētia in dirū carcerē miſſus eſſet: ſubito ferri molles eis ipoſita cecidit: et carcer immenſo lumine coruſcauit. Chriſtus q̄ ſanctis apparēs illos ad paſſiōis tolerantiā animauit. Qđ impator a cuſtodibus intelligēs eos eductos in clibanū ignis immiſit: quos tñ ignis oīno nō tetigit: in quo pſallētes hymnū trium pueroꝝ audiunt: indeq; illeſi oīno educunt. Tūc leo terribilis ad ſanctos deuorandos dimittitur: ſed tñ ab eis fidei ꝟtute placatus: eoꝝ veſtigiis manſuete pſternit. Tandem in equuleo eos impator iuſſit appēdi: et in illo diutius extorqueri. Sꝫ orāte puero vt eos dñs liberaret ſubito aer turbat: terra cōcutit: tonitrua mugiūt: templa deoꝝ corruūt: et multos opprimūt. Imparator autē territus fugit: et angelus ſanctos exoluit: atq; fluuium ſilarum vnde venerāt in momēto repoſuit: vbi oratione fuſa dño aīas reddiderūt. Quoꝝ corpa ab aqlis cuſtodita florētia illuſtris femina ſctō vito reuelāte reppit: et cū aromatib⁹ in mariano predio ſepeliuit. Qui paſſi ſunt. xvij kal. iulij.

¶ De ſctō Heſychio martyre. Cap. cxix.

Heſychius martyr apud meſiā ciuitatē doroſtorū paſſus eſt. Qui cū eſſet miles et beatū iuliū martyrem et cōmilitonē ad paſſionem comitatus eſſet: vt ſuperius in eius paſſione. vi. kalē. iunij dictum eſt. Seq; eiuſdē decollandi orationibus commendaſſet: eumq; deoſculatus eſſet a gētilibus tētus et maximo preſidi oblat⁹ in carcere diebus pluribus maceratus: tandem in confeſſione chriſti gladio cedente martyrio coronat⁹ eſt. xviij. kalendas iulij.

¶ De ſanctis Fereolo et Ferutione martyribus. Cap. cxx.

Fereolus preſbyter et ferutio diaconus in galliis ciuitate biſuntioñ. paſſi ſunt. Qui a beato hyreneo epo lugduñ. et martyre ad pdicandū verbū dei miſſi: ſub claudio iudice tētis ad trocleas extēti: et diuti⁹ flagellati: dehic i carcerē recluſi ſūt:

ſane quoqꝫ cū linguis coꝝ amputatis: nihilominus chriſti nomen clara facundia ꝓſonarēt: ⁊ populo predicarēt. Iterū comprehenſi ſunt: quibus iudex crudelis iuſſit vt vnicuiqꝫ eorum ſubule .xxx. manibus ⁊ pedibus ⁊ pectore infigerentur: atqꝫ ad vltimum gladio necarentur. Paſſi ſunt autem .xvi. kalen. iulij.

¶ De ſanctis Rothlando ⁊ Oliuerio ⁊ alijs militibus martyribus. Cap. cxxi.

ROthlandus ⁊ Oliuerius atqꝫ multi alij milites chriſtiani qui a ſaracenis in rūciaualle pro fide chriſti pugnātes occiſi ſunt tempore karoli magni in catalogo martyrum aſcribunt. Nam dū ſaraceni totam hiſpaniam occupaſſent: karolus monitu beati iacobi ſibi apparentis atqꝫ iubentis vt terrā ſuam ab infidelibus redimeret: cū ſuo exercitu hiſpanias ingreſſus: primo quidē ciuitatē pampilonē tribus menſibus obſeſſam muris funditus miraculoſe ruētibus cepit: ⁊ multos ſaracenos conuerſos baptizari fecit. Quod ſimiliter ꝯtingit in ciuitate lucerna in valle viridi poſita ꝙ nunc eſt inhabitabilis facta. Et cū omnes ciuitates ⁊ caſtra hiſpanie conquiſiſſet: eccleſiā beati iacobi apud compoſtellā viſitauit: omnes honores ei ablatos reſtituit: eāqꝫ amplioribus priuilegijs dotauit. Sed dū rediſſet ad gallias aigolandus rex ſaracenoꝝ aphrice maximā partem hiſpanie reacquiſiuit: chriſtianos eiecit: ſpoliauit ⁊ occidit. Qđ audiēs karolus ad hiſpaniā redijt: ⁊ vt refert Turpinꝰ remeñ. archieps. xij. annis vel ibi pſonalr fuit vel exercituz tenuit. Et pmo quidē apud ſctm̄ facundū grauiſſimo bello cōmiſſo milo rothlādi pater cū .xl. milibꝰ xpianoꝝ occiſus eſt. Karolus vo equo ſuo occiſo: pedes ſtans cū duobus milibus xpianoꝝ de gaudioſa ſpata ſua multos ſaracenos p mediū ſcidit. ¶ Die vo ſequēti cū quattuor marchiones italie cū quattuor milibus militū in ſuccurſum xpianoꝝ veniſſent. Diſcedētes idē ſaraceni infinitū exercitū mauroꝝ: moabitarū: ethiopū: perſarū: parthoꝝ: aphricanoꝝ: ⁊ turcoꝝ cōgregarūt. Rex autē karolus agenniā ciuitatem poſt ſex menſes cepit: ⁊ decē milia ſaracenorū occidit: inde pſecutus eſt aigolandū vſqꝫ xantonas. Deinde rediens galliā nouū exercitū congregauit cētū ⁊ triginta milia bellatoꝝ: cū quo hiſpaniā repedauit. Inter quos fuerūt pcipui Turpinus remeñ. archieps: rothlādus comes cenomaneñ. dñs blaui nepos karoli ex berta ſorore: et filius milonis de angleris: oliuerꝰ dux gebeneñ. eſtulphus comes lingoneñ. araſtanꝰ dux britannie: englerus dux aqtanie: gniferus dux burdegalleñs: gelerus: gelinus: ſalomō: et balduinus frater rothlandi: gundebōdus rex friſie: naamā dux bauarie: ogerus dux dacie: lābertus dux biturie: ſanſon dux burgūdie: conſtantinus pfectus romanoꝝ: rheginaldus de alba ſpina: gualtherius de thermis: guilelmꝰ: gerinus lothoringie dux: bogo: bertrādus de nubilis: ganalonus traditor de maguntia: ⁊ multi alij equeſtres ⁊ pedeſtres: qui p ciſereos portꝰ tranſeūtes pampilonē obſederunt. Ibiqꝫ commiſſo bello ex vna pte xpianoꝝ centū ⁊ .xxxiiij. milia: ex alia ſaracenoꝝ centū milia diuina fauente gratia ſaraceni tanta cede ꝓſtrati ſunt ꝙ xpiani vſqꝫ ad baſes in ſanguine mergebātur. Occiſoqꝫ aigolando nullus eoꝝ euaſit: niſi rex ſibyllie ⁊ rex cordube ꝗ cū paucis aufugerunt. Captaqꝫ vrbe oēs ſaraceni ibidē reperti trucidati ſunt. De chriſtianis vo ceciderunt vſqꝫ ad mille. ¶ Sequēti vo die pugnauit karolus cū furre principe nauarre: ⁊ eum cū tribꝰ milibus occidit: totāqꝫ terrā nauarre adeptus ē. ¶ Deinde apud nagerā obſidionē poſuit: vbi erat gygas quidā noīe ferracutus de genere goliath: quem admirandus babylonis cū viginti milibꝰ turcorum miſerat in ſubſidiū ſaracenoruz. Hic lanceam vel ſagittā nō formidabat: ſed virtutes quadragita viroꝝ fortiū poſſidebat. Inito aūt ſingulari certamine cū multos milites chriſtianoꝝ ſine alio bello ſolo brachio ex equo leuatos cepiſſet. Tandē rothlandus cū ipo congreſſus deo annuēte gygantē vicit: ⁊ per vmblicuz ſua ſpata trāſfodit. Sicqꝫ nagera ciuitas capitur: ſaraceni occidunt: ⁊ victi chriſtiani abſoluunt. ¶ Poſt hec pugnauit rex apud cordubā cū regibꝰ ſibyllie ⁊ cordube: ⁊ interfecto rege ſibyllie cū octo milibus ſaracenis: a rege altumaior vrbē obtinuit: eo pacto ꝙ baptizaret: ⁊ deinde a karolo regnum tenens in dominio priſtino cōfirmaretur. Sicqꝫ tota hiſpania redempta ſanctum iacobuz in galatia iterum reuiſit: honoribus ⁊ poſſeſſionibus ditauit: deinde vt rediret galliā: pāpilone aliquot diebus reſedit. ¶ Audiens aūt ꝙ apud cordubam eſſent duo magni reges ſaraceni: videlicz Marſyrius ⁊ baligandus frater eius miſſi de perſide hiſpaniam ab admirando babylonis: mandauit illis rex per ganalonū: vt aut baptiſmū ſuſciperent: aut ſibi tributū exoluerent. Qui cum ganalono conſpirantes miſerunt karolo triginta equos oneratos auro ⁊ argento ⁊ opibus. Ganalono autem viginti equos ſimilr opibus iiſdē onuſtos obtulerunt: vt pugnatores karoli in manibus eoruz traderet: quod ille facere ꝓmiſit. ¶ Rediēſqꝫ ganalonus munera karolo pſentauit: eiqꝫ aſſeruit ꝙ reges ipi chriſtianos ſe facere diſpoſuerunt: karolumqꝫ rogabant: vt eos in franciam precederet: quem illi velocius ſequerent. Cum autem karolus in franciam rediret: conſilio ganaloni dimiſit: rothlādum ⁊ oliuerium cum maioribus pugnatoribus et viginti milibus militibus: vt vltimam cuſtodiam in rūciaualle facerent: donec rex ⁊ oīs exercitus portus ciſercos